

natione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicæ auctoritate, & Diocesani Episcopi canonicâ justitiâ. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundò tertiove communita, nisi præsumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultionis subiaceat: Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Datum Anagninæ per manum Gratiani sanctæ Romanæ Ecclesiæ Subdiaconi & Notarii, IV. Idus Junii, Indiæ. VII. Incarnationis Dom. anno MCLXXIV. Pontificatus verò Domni Alexandri Papæ III. an. XV.

Dat. die 10. Junii anno Dom. 1174. Pontif. anno XV.

LXXIV.

Privilegium confirmationis Collegii sancti Salvatoris Canonicorum Oppidi S. Pauli, bonorumque ad illud pertinentium: & concessionis nonnullarum immunitatum.

Fidelis Fereolar. Chronic. Belgii pag. 330.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Præposito, & Canonicis Ecclesiæ S. Salvatoris, sitæ in castro sancti Pauli, eorumque successoribus canonicè substituendis, in perpetuum.

Exordium

Sancti Salvatoris Ecclesiæ sub Sedis Apostolicæ protectione recipit.

Eidem bona confirmat.

Quotiens a nobis illud petitur, quod rationi & honestati convenire dignoscitur, nos decet libenti animo concedere, & petentium desideriis congruum imperitari suffragium. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis supplicationibus libenter annuimus, & præfatam Ecclesiæ, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri & nostræ protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus; Statuentes, ut quascumque possessiones, quæcumque bona, eadem Ecclesiæ impresentiarum iustè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu iustis aliis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant: In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Villam Quæscumcumque appendiciis suis, & quicquid ibi tam in terris quam in decimis rationabiliter habere noscimini: In Parçia divi Pauli duas partes decimæ: In Castro ipso duodecim mansuras, furnos, & unam cambam, sicut bonæ memoriæ Rogerus Comes Ecclesiæ vestræ pro animæ suæ remedio noscitur contulisse, statuens, ut de singulis aliis cambis de atrio tres quaterias cervisæ habeatis, quotiens ibi cervisæ fiet: duos molendinos apud Agnes cum tertia parte ejusdem villæ: apud Morelcourt duas partes decimæ: in Pruniaco tertiam partem decimæ ejusdem villæ, apud Thou-

rii tertiam partem decimæ ejusdem villæ: apud Bellum-quercum Altare cum duabus partibus decimæ: apud Fiez duas partes decimæ ejusdem villæ: apud Frevench Altare cum terra, quam ibi prædictus Comes possidebat: apud Auream-villam Altare cum suis, & his villis, Ampliers, Territorium, Maissuil, dimidium molendinum de Marcoma, medietatem vestigialis de Poupliers: In castro sancti Pauli unam mansuram, in qua manet Custos vestræ Ecclesiæ. In Parochialibus autem Ecclesiis, quas tenetis, liceat vobis Sacerdotes eligere, & Episcopo præsentare: quibus, si idonei inventi fuerint, Episcopus animarum curam committet, ut de plebis quidem cura Episcopo, vobis autem de temporalibus debeant respondere. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis clavis januis, exclusis excommunicatis & interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce divina officia celebrare. Sepulturam quoque illius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi fortè excommunicati vel interdicti sint, nullus obstat: salva tamen justitiâ illarum Ecclesiarum, a quibus corpora mortuorum assumuntur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, præfatam Ecclesiæ temerè perturbare &c.

Datum Anagninæ VII. Kal. Augusti Indiæ. VII. Incarnationis Dom. anno MCLXXIV.

In parochialibus Ecclesiis ad eandem pertinentibus Sacerdotes a Canonicis præsentandi.

A generali terra interdicta oximur.

Sepulturam illius loci liberam esse decernit.

Consuetæ conclusiones, & clausulæ. Dat. die 26. Julii anno Dom. 1174. Pontif. anno XV.

LXXV.

Confirmatio bonorum, ac Privilegiorum concessio Ecclesiæ de Stokes.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Nicolao Priori Ecclesiæ de Stokes, ejusque fratribus tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Ex Tom. II. Monast. Anglican.

Exordium.

Religiosis desideriis dignum est nos facilem præbere consensum, ut fidelis devotio celerem sortiatur effectum. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuentes, & præfatam Ecclesiæ, in qua divino mancipati estis obsequio, sub B. Petri & nostræ protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus; Imprimis siquidem stuentes, ut Ordo monasticus, qui secundum Deum, & B. Benedicti regulam in eodem loco noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur; Præterea, quascumque possessiones, quæcumque bona, eadem Ecclesiæ impresentiarum iustè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant: In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Locum ipsum, in quo præfatum Monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis, Ecclesiæ de Hunedena, Ecclesiæ de Baisse, Ecclesiæ de Clara, Ecclesiæ de Bradeleaparra, Ecclesiæ de Trillame, Ecclesiæ de Bures, Ecclesiæ de Cavham, Ecclesiæ de Crempisham, Ecclesiæ sancti Clementis de Norwico,

eo, Ecclesiæ de Frisentuna, contineat in Episcopatu Norwicensi: In Episcopatu Lundoniensi, Ecclesiæ de Berdeteld, Ecclesiæ de Tartede, Ecclesiæ de Essa, Ecclesiæ de Belham, Ecclesiæ de Stamburnia: In Episcopatu Wintoniensi, Ecclesiæ de Wakinges: In Episcopatu Rossensi, Ecclesiæ de Peccham, decimas quas habetis in Samford, decimas quas habetis in Berdesfeld, decimas quas habetis in Pitelingehege, decimas quas habetis in Stinchingefeld, decimas quas habetis in Toppesfeld, decimas quas habetis in Wicham, decimas quas habetis in Badesleja, decimas quas habetis in Nertstert, decimas quas habetis in Deseninge, decimas quas habetis in Baisse, decimas quas habetis in Stanesfeld, decimas quas habetis in Clara, decimas quas habetis in Hunedena, decimas quas habetis in Namstede, decimas quas habetis in Bomestede, decimas quas habetis in Nawerelle, decimas quas habetis in Bucheshale, decimas quas habetis in Slinestede, decimas quas habetis in Deleford, decimas quas habetis in Chippelee, decimas quas habetis in Culinges, decimas quas habetis in Pofelingeorde, decimas quas habetis in Belilee, decimas quas habetis in Seham, decimas quas habetis in Corneres, decimas in Belcham Petri, decimas in Belcham Rspertes, decimas in Delham, decimas in Bestingetorp, decimas in Kedeswelle, decimas in Chodham, decimas in Steinllingeherste, decimas in Beneclee, decimas in Nalkede, decimas in Alverdesfeld, decimas in Denardestune, decimas in Narrestune, decimas in Cavenedis, & in Sturremare, & in Barve, & in Tillebere, & in Chedatune, & in Nalesford, & in Naveringeland, & in Witewelle, decimas Villielmi de Bishai, terram Rogerii Carpentarii in Stokes, que fuit escambata pro terra vestra de Clara, terram de Sternham, quam dedit vobis Galfridus filius Aliandi, terram de Neni, quam dedit vobis Adam filius Guarini molendinum de Waldingefeld, quod dedit vobis Helinandus dapifer Comitis Claræ, terram de Trillawe, quam Robertus pincerna dedit vobis, terram de Bridebroc, terram de Naverelle, terram Polee, terram de Bradelce, terram de Belcham, terram de Esse, & centum solidatas terræ, quas habetis ex dono Rogerii Comitis Claræ, cum ageret in extremis. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi fortè excommunicati vel interdicti sint, nullus obstat: salva tamen justitiâ illarum Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Cum autem commune interdictum terre fuerit, liceat vobis, clavis januis, exclusis excommunicatis & interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce officia celebrare. Liceat quoque vobis, clericos vel laicos liberos & absolutos e seculo fugientes ad conversionem vestram recipere, & eos absque ullius contradictione in vestro Monasterio retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum post factam in eodem loco professionem liceat de claustro sine Prioris sui licentia discedere; descendentem verò absque communium literarum cautione nullus audeat retinere, nisi ad arctiorem vitam voluerit transmigrare. In Parochialibus autem Ecclesiis, quas

tenetis, liceat vobis, Sacerdotes eligere, & Episcopis præsentare: quibus, si idonei fuerint, Episcopus animarum curam committat, ut de plebis quidem cura Episcopo, vobis autem de temporalibus debeant respondere. Prohibemus etiam, ne alicui licitum sit, novas & indebitas consuetudines in Ecclesiis vestras inducere. Sanè novallium vestrorum, quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium nullus a vobis decimas præsumat exigere. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, præfatam Ecclesiæ temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuire, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva nimirum Apostolicæ Sedis auctoritate, & Diocesani Episcopi canonicâ justitiâ. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundò tertiove communita, nisi præsumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultionis subiaceat: Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem, præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Datum Anagninæ per manum Gratiani sanctæ R. E. Subdiac. & Notarii, II. Kal. Julii, Indiæ. VII. Incarnationis Dominicæ anno MCLXXIV. Pontificatus Alexandri PP. III. anno XV.

Dat. die 26. Julii anno Dom. 1174. Pontif. anno XV.

LXXVI.

Monasterio S. Michaelis de Monte Caveoso, cuius Abbati Mitræ & Annuli usus statutis diebus concedit, bona omnia confirmans ac privilegia, interdicti tempore divina officia recitare elargitur.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Alfario Abbati sancti Michaelis de monte Caveoso, ejusque fratribus tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Ex Archiv. Monast. hujus edidit Margaritius sui Bullarii Par. II. Const. GLXXXVI.

Si quando a devotis Ecclesiæ filiis postulat, quod honestati conveniat, & a tramite rationis non discordet, petentium nos decet desideriis condescendere, & earum pia vota effectu prosequente complere. Eapropter, dilecti in Domino filii, ministerio susceptæ servitutis induciti, & precibus dilecti filii nostri Zachariæ Regii Notarii propensius inclinati, Monasterium vestrum, in quo divino obsequio estis mancipati, sub Beati Petri & nostræ protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus; Statuentes, ut quascumque possessiones, quæcumque bona idem Monasterium impresentiarum legitime possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatio-

Exordium.

Monasterium sancti Michaelis de Monte Caveoso, ejusque bona, que enumerat, sub S. R. E. protectione recipit, & confirmat.

Iatione fidelium, seu aliis iustis modis, prestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant: In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: Ecclesiam sanctae Mariae, quae est in civitate Veteri, cum pertinentiis suis, Ecclesiam S. Simeonis, Ecclesiam S. Luciae, Ecclesiam S. Martini, Ecclesiam S. Nicolai, Ecclesiam S. Mariae Novae, Ecclesiam sancti Laurentii, Ecclesiam sancti Juliani, Ecclesiam sancti Laurentii de Murro, Ecclesiam sancti Joannis de Avinella, Ecclesiam sancti Nicolai de Pantanello, Ecclesiam sancti Salvatoris, Ecclesiam sancti Nicolai de Accio, Ecclesiam sanctae Mariae de Cornu, Ecclesiam sancti Benedicti de Acina, Ecclesiam S. Viti, Ecclesiam sancti Nicolai, Ecclesiam sanctae Mariae de Rio, Ecclesiam sanctae Mariae de Abbate Lupo, Ecclesiam sancti Nicolai de Obviano cum domibus ad easdem Ecclesias pertinentibus, & quae Unfridus, Goffridusque, & Radulfus filii eius praefatae Ecclesiae rationabiliter dederunt. Praeterea pia supplicatione praedicti Zachariae Regii Notarii clementer inducitur, tibi, fili Abbas, & successoribus tuis usum Mitrae, & Anuli, in diebus Dominicis, & in aliis solemnitatibus, & in Processionibus Monasterii vestri, & Synodis Archiepiscoporum & Episcoporum, de clementia Sedis Apostolicae indulgemus; Libertates quoque ab Archiepiscopis & Episcopis, & a recolenda memoriae Rogerio illustri Siciliae Rege, & a bone memoriae Emma, quondam Comitissa civitatis Severiano authentico scripto, & ab aliis personis secularibus, Monasterio vestro concessas: & antiquas & rationabiles consuetudines ipsius Monasterii, perpetuis temporibus illesas & integras manere sancimus. Ea vero, quae a quadraginta annis retro idem Monasterium noscitur pacifice possidere, vobis & successoribus vestris in perpetuum confirmamus, ita quidem, quod nullo super his tempore impeti debeat, vel quomodo libet molestari. Cum autem generale interdictum terrae fuerit, liceat vobis, clausis januis, exclusis excommunicatis & interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce officia celebrare. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatum Monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuire, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed illibata omnia & integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate, & Dioecessani Episcopi debita reverentia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communita, nisi praesumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, seamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subjaceat: Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum Iudicem premia aeternae pacis inveniant. Amen.

Mitra, & Anuli usum in diebus Dominicis, & aliis solemnitatibus, & Synodis Archiepiscoporum & Episcoporum, de clementia Sedis Apostolicae indulgemus; Libertates quoque ab Archiepiscopis & Episcopis, & a recolenda memoriae Rogerio illustri Siciliae Rege, & a bone memoriae Emma, quondam Comitissa civitatis Severiano authentico scripto, & ab aliis personis secularibus, Monasterio vestro concessas: & antiquas & rationabiles consuetudines ipsius Monasterii, perpetuis temporibus illesas & integras manere sancimus. Ea vero, quae a quadraginta annis retro idem Monasterium noscitur pacifice possidere, vobis & successoribus vestris in perpetuum confirmamus, ita quidem, quod nullo super his tempore impeti debeat, vel quomodo libet molestari. Cum autem generale interdictum terrae fuerit, liceat vobis, clausis januis, exclusis excommunicatis & interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce officia celebrare. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatum Monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuire, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed illibata omnia & integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate, & Dioecessani Episcopi debita reverentia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communita, nisi praesumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, seamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subjaceat: Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum Iudicem premia aeternae pacis inveniant. Amen.

Ejus privilegia & honores confirmat.

Interdicti tempore divina officia privatim recitare concedit.

Poenas inobedientibus statuit.

Benedictionem benefactoribus elargitur.

Alexandri PP. EGO ALEXANDER Catholicae Ecclesiae Episcopus.

Ego Ubaldus Otienensis Episcopus fs. Ego Bernardus Portuensis, & S. Rufini Episcopus fs. Ego Gualterius Albanensis Episcopus subsc. Ego Joannes Presb. Card. SS. Joannis & Pauli tit. Pammachii fs. Ego Joannes Presb. Card. tit. S. Anastasiae fs. Ego Guillelmus Presb. Card. tit. sancti Petri ad Vincula fs. Ego Boso Presb. Cardinalis sanctae Pudent. tit. Pastoris fs. Ego Petrus Presb. Card. tit. S. Susanna fs. Ego Ardicio Diac. Card. tit. S. Theodori fs. Ego Vitellius Diaconus Cardinalis SS. Sergii & Bacchi fs.

Datum Ferentini per manum Gratiani sanctae Romanae Ecclesiae Diac. & Notarii, III. Kal. Januarii anno MCLXXIV. Pontificatus vero Domini Alexandri Papae III. anno XVI.

Dat. die 30. Decemb. anno Dom. 1174. Pontif. anno XVI.

LXXVII.

Archidiaconum & Canonicos Apsentanae Ecclesiae sub protectione Sedis Apostolicae suscipiens, eisdem bona omnia confirmat, multaque largitur privilegia.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis Raynaldo Archidiacono, Mattheo Archipresbytero, & Canonicis Apsentanae Ecclesiae, tam presentibus quam futuris canonicis substituendis, in perpetuum.

Edicti Ughel. Ital. Sacr. Tom. I. ubi de hactenus huc jus episcopis.

Exordium.

Canonicam huiusmodi sub praedicta sedis apostolica recipit.

Eique bona omnia, ac donationes confirmat.

Bona nonnulla enumerat.

Quotiens illud a nobis petitur, quod relictis filiis Raynaldo Archidiacono, Mattheo Archipresbytero, & Canonicis Apsentanae Ecclesiae, tam presentibus quam futuris canonicis substituendis, in perpetuum concedere, & petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & Canonicam vestram sub B. Petri & nostra protectione suscipimus, & praesentis scripti privilegio communimus; Statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia impraesentiarum iuste & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant: In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: videlicet castrum Maltignanum, castrum Pominontis, castrum Columanate cum Ecclesiis eorum & omnibus suis pertinentiis, rivis, pascuis, terris cultis & incultis, molendinis, arboribus fructiferis & infructiferis, aquis, aquarumve decursibus, plebem sancti Victoris, & plebem sancti Venantii, & plebem sanctae Mariae inter vineas, Ecclesiam sancti Petri ad..... Ecclesiam sancti Erasmi, & plebem de Ragano cum capitulo & mortuariis, plebem de Cruce, plebem S. Antimi, plebem de Casragnano cum omnibus pertinentiis & possessionibus suis, Ecclesiam sancti Benedicti de Fondagrano cum omnibus Vanis, & Gualterio cum sorte sua, & Guidino, Ecclesiam sanctae Mariae de Podio cum Benedicto Dominici & cum Consortibus suis, Ecclesiam sancti Stephani cum filiis Amiconis Tederade, Eccle-

LXXVIII.

Confirmatio Monasterii Montis-regalis Ordinis S. Benedicti, a Vellelmo II. Siciliae Rege nuper constructi, bonorumque ad illud pertinentium.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, charissimo in Christo filio Guillelmo illustri Siciliae Regi, & heredibus ejus, in perpetuum.

Ex Tabulario Ecclesiae Montis Regalis editi Rocchus Pirrus Siciliae Sac. Tom. I. col. 451.

EX debito suscepti regiminis, qualitates attendere cogimur, & merita singulorum, ut circa omnes sic exequamur dispensationis nobis creditae ministerium, quod devoti Ecclesiae filii pro voto personarum, & merito ab Apostolica Sede, cui licet indigni disponente Domino praesidemus, gratum suae reportent petitionis effectum; hac siquidem ratione tanto libentius & benignius regie volumus Serenitati deferre, & tuae condescendere voluntati, ut in his maxime, quae Redemptori nostro grata sunt, & accepta, & tuae salutis & nomini fructuosa, quanto personam tuam sicut charissimi filii & christianissimi Regis abundantiori caritate diligimus, & de tuae gratissime devotionis fervore nobis & Ecclesiae Dei gratiora commoda pervenire recolimus, & jugiter credimus, auctore Domino proventura, ut circa Deum, & sacras ejus Ecclesias, majorem semper devotionem & reverentiam habeas, & ferventius cultui justitiae & operibus pietatis intendas; cum de prerogativa nostrae dilectionis & gratiae fueris efficaciter consequutus, quod pio & ferventi desiderio concupiscis. Unde cum Monasterium in honorem Dei, & memoriam B. Mariae Dei Genetricis & Virginis, sicut non solum ex literis tuae Celsitudinis, sed etiam aliorum certa relatione non sine multo gaudio & letitia cordis audivimus, super sanctam Kiriacam divine gratiae inspiratione regalibus construere coepis opibus, & largissimis & amplissimis possessionibus disposueris, Domino cooperante, ditare; ut locus ille celestis habeatur, & ibi ad serviendum Deo Conventus permaneat Monachorum, Nos pium votum & devotionem regiam in hac parte praecognita dignissima laudis extollimus, & petitionibus tuis exequendum pium opus, quod Domino inspirante coepisti, tam benignum quam jucundum impartitur effectum. Eapropter, charissime in Christo fili, pro unica & speciali affectione, quam ad te sicut ad christianissimum Regem habemus, de consilio fratrum nostrorum apostolica auctoritate statuimus, ut Monasterium ipsum nulli Archiepiscopo, vel Episcopo, vel alia persona ecclesiastica, nisi tantum Romano Pontifici aliquo tempore sit subiectum; sed potius ab omni debito & subjectione aliarum ecclesiasticarum personarum liberum & absolutum semper existat. Nilominus etiam auctoritate apostolica duximus indulgentiam, ut is, qui in proscripi Monasterii Abbatem, canonicè electus fuerit, a quocumque Archiepiscopo vel Episcopo maluerit, accedente tuo & heredum tuorum assensu, benedicatur. Insuper etiam praesenti scripto sancimus, ut omnia praescripto Monasterio extra regnum tuum oblata, vel offerenda, commutata vel commutanda, perpetuo in Abbatis & Conventus ejusdem Monasterii po-

Exordium.

Monasterium Montis-regalis a Guillelmo II. Siciliae Rege constructum.

Apost. Sedi immediate subiectum declaratur.

Abbati vero facultas conceditur benedictionem accipiendi a quocumque Archiepiscopo vel Episcopo.

Ecclesiam sancti Laurentii de Rivo, & Adam cum nepote suo, Ecclesiam sanctae Mariae in Marzano, Ecclesiam sancti Pauli, & jus quod habetis in sancto Venantio de Plagis, Ecclesiam sancti Benedicti in Paraletta, Ecclesiam sanctae Mariae in Veneri, & quartam partem S. Petri ad Colle, Ecclesiam sancti Massimi in Summati, domum filiorum & nepotum Asiani Roberti cum tenimentis & servitiis eorum, servitium Simonis cum beneficio suo, domum Odoniscam cum tenimento & servitio suo, & omnia bona, quae Azo Valentini dedit & concessit in Canonica vestra, & bona omnia, quae Gerallus dedit & concessit eidem Ecclesiae, domum Aponiscam, & servitium beneficii Nicolai Stephani, & servitium, quod Giso Primicerius Ecclesiae vestrae in obitu suo reliquit, videlicet Spallam cum Lonza, & facinam multum cum dominio & fidelitate heredum suorum, Ecclesiam sancti Petri inter Sulcos, Ecclesiam sancti Juvenalis, terram in capite Pontis majoris iuxta vineam Episcopi, Ecclesiam sanctae Mariae in Plano, Ecclesiam sancti Laurentii iuxta pontem Solestanum, & servitium quinque denariorum Henrici, quos filii Stabilis castelli, & heredes eorum, Ecclesiae vestrae annuatim persolvendum debent, Ecclesiam sancti Petri in Panepedito in Tolegnano, servitium quod filii Actutii Presbyteri Joannis, videlicet duos denarios Henrici annuatim Ecclesiae vestrae persolvere debet cum hominio & fidelitate, & jus quod habetis in sancto Nicolao ad Canale, Ecclesiam sancti Petri in Castello, & medietatem oblationum defunctorum de Summati, & omnia, quae Canonica vestra infra & extra Civitatem Erculanam iuste habet, vel est habitura. Ad haec auctoritate vobis apostolica indulgemus, quod si aliquid de Episcopatu vestro impositionis, aut in alia bona Canonice vestrae violentiam exercuerit, vel rapinam, & ad secundam vel tertiam commotionem vestram praesumptionem suam emendare contempserit, Episcopo vestro ipsos ad secundam vel tertiam requisitionem vestram, devote & humiliter per convenientia intervalla temporis factam, volente vel non volente, corrigere fas vobis sit de auctoritate vestra in eos interdicti & excommunicationis sententiam promulgare. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatam Canonicam temere perturbare &c. EGO ALEXANDER Catholicae Ecclesiae Episcopus. Ego Ubaldus Otienensis Episcopus. Ego Bernardus Portuensis, & S. Rufinae Sedis Episcopus. Ego Henricus Albanensis Episcopus. Ego Jo. Neor. SS. Jo. & Pauli Presb. Card. Ego Cintius Presb. Card. tit. S. Caeciliae. Ego Ugo Presb. tit. sancti Clementis. Ego Matheus Presb. Card. tit. S. Marcelli. Ego Ardicio Diac. Card. SS. Cosm. & Dam. Ego Jo. Diac. Card. sancti Angeli. Ego Matth. sanctae Mariae Novae Diac. Card. Data Anagnini per D. Daissen. S.R.E. Subdiaconum. IX. Kal. Nov. Indi. VIII. Incarn. Dom. MCLXXIV. Pontif. vero D. Alexandri Papae III. anno XVI.

Dat. die 24. Octob. an. Dni 1174. Pontif. ann. XVI.